



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXVI. Markgraf Ludwig vereignet dem Rath der Stadt Osterburg die Stelle  
des Dorfes Tylhorn mit den Gerichten und sonstigen Zubehörungen, am  
21. Mai 1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

dicti de Gladegow, a magnifico principe duce Ottone brunfwicensi bone recordationis tenerunt et possederunt, appropriamus pretactis sanctimonialibus iudicium supremum et infimum ville hefewick cum III fructis annuorum reddituum In censu et precaria unum talentum ville eiusdem et jus patronatus ville Rademyn eo iure, quo a predicto duce brunfwicensi tenerunt et possederunt hactenus et ab eodem sua pecunia comparauerant eidem clauistro prenotato cum singulis suis pertinenciis ex debito vel ex iure pertinentibus, nostris iuribus in premissis nobis competentibus omnimode exclusis, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice pertinenda. Renunciantes pro nobis heredibus et succelloribus nostris omni iuri, actioni ac inpetitioni et singulariter dextrarii seruitio, que nobis in quibuslibet superius expressis, hiis modis ut premititur, competebant vel competere possent aliquo modo in futurum. Pro quorum appropriatione et reddituum pretactorum renuntiatione nobis honorabilis vir eiusdem clauistri prepositus in L marcis argenti brandenburgensis integraliter satisfecit. In cuius etc. testes, Datum ut supra (Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris) — Stendal, anno M. CCC. XLV. dominica post octauas Epiphanie.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CLXXVII.

XXVI. Markgraf Ludwig veraignet dem Rath der Stadt Osterburg die Stelle des Dorfes Tylhorn mit den Gerichten und sonstigen Zugehörungen, am 21. Mai 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Donauimus et appropriauimus prudentibus viris Consulibus ciuitatis Osterburg presentibus et futuris fidelibus nostris dilectis et incorporare decreuimus locum ville Tylhorn cum supremo et infimo iudicio nec non cum pratis, pascuis, lignis, agris cultis et incultis et cum distinctionibus, ac cum singulis et uniuersis pertinenciis eidem loco vel ville de iure vel ex debito pertinentibus cum omni fructu perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet pacifice possidendum. In cuius etc. Testes — Nobilis vir Johannes de Buch, Albertus de Wolfstain, Swiker de Gundeluingen, Johannes de haufen, Hele marschalcus, Almannus de Degenburch, Bartolt de Ebenhaufen, magister coquine, et Gerko Wolf cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow, anno M. CCC. XLV, feria II post diem Palmarum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CLXXX. und einer alten Copie des Geh. Staats-Archives R. XXI. No. 211.